2720 1

Christi Domini Anno Eiusdem Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Nono ratione praemissorum lato, ipsoq eodem Scripto per praefatum Generosum Rogozinski ratione eiusdem summae in rem et manus Conuentus Praefati dato ob plenariam et sufficientem summae eiusdem persolutionem quietat emittit dimittit et liberum absolutumq facit et perpetuo pronunciat. Scriptum praefatum tum et Decretum totumq processum Iudiciarium eo nomine latum cassat mortificat et annihilat praesentibus sibi Recognoscenti uti Plenipotenti, totique Conuentui praefato Zwierzyniecen nunc et pro tempore existenti, ratione praemissorum omnium perpetuum imponendo silentium Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa ora mediante.

Feria Quinta post Festum Sancti Matthaei Apostoli & Euangelistae proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo.

25/IX

Iaworski Iaworskim consortem suam Statuet.

3050 Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Praemyslien Nobilis Ioannes Iaworski Horoszkowicz alias Maciejowski olim Nobilis Matthiae Iaworski Horoszkowicz cum Nobili olim Anna Krusielnicka Consorte ipsius thorali procreatus filius sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq suis quibusuis propriis et competentibus recedendo Praesenti vero Castren Capitan Praemyslien Iurisdictioni quoad actum hunc attinet seceque suis corporibus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter incorporando atq subyciendo palam libere publice ac per ex

pres

-pressum recognovit. Quia ipse se ac suos Succéssores in et
super bonis suis generaliter omnibus summisque pecuni
ariis quibusvis habitis et habendis Generosis Theodoro Geor
gio Tymotheo ac Reverendo Basilio Praezbytero Jaworskim
Szczesnowiczom alias Zubowiczom fratribus inter se germa
nis olim Nobilis Gabrielis alias Hallio Jaworski Zub filiis
eorumque posteris inscribit et obligat praesentibus. Nobilem
Nastaziam Jaworska praedicti olim Generosi Gabrielis a
lias Hallio Jaworski Zub filiam eorumdem vero Generoso
rum Theodori Georgii Tymothaei atque Reverendi Basily
Praezbyteri Jaworskich Szczesnowiczow sororem germanam
sui vero Recognoscentis consortem Legitimam ad faciendam et
recognoscendam per ipsam Inscriptionem abrenuntiatoriam
de bonis Paternis et maternis ipsam ratione dotis et exque
ditionis naturalis Legitimae concernen. in rem et manus eo
rumdem Generosorum Jaworskich fratrum ipsius germa
norum ad Acta quaevis authentica Regni vim et robur per
petuitatis in se habentia vel in eventu mortis Successores
illius intra decursum duodecim septimanarum adducere et
personaliter statuere, ab eaque et illius Successoribus utpro
missa debite exequantur efficere. Idque sub vadio Summae
Centum florenorum Polonicalium per eandem Suprascri
ptum Recognoscentem aut eius posteros praedictis Gene
rosis Jaworskim suae Consortis fratribus aut eorum
posteris ob non statuitionem praefatae Consortis suae eo
rumdem Generosorum Jaworskich Sororis germanae statuen
dae vel in eventu mortis Successorum illius pro tempore et
loco superius expressis ad solvendum Succumbendo. Pro
quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum Succumbendo

2722.

ac pro præfata consorte sua non statuta statuenda si

tatus existens memoratus Recognoscens Nobilis Ioannes

Iaworski aut eius Succores ad instantiam prædictorum Gnosorum Theodori Georgii Tymothæi et Reuerendi Basilii Presbyteri Iaworsckich fratrum inter se germanorum aut eorum posterorum ad officium præsens Castren Capitan Premysliensis extunc recepto suprascripto quo ad respondendum spectat mediante semper in summo citationis Terminis tanquam peremptoriis stare Iuri parere respondere vadium prætactum luere Iudicio huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur. Seque ac suos Succores ad eadem omnia inscribit et obligat præsentibus. Illum Terminum primum peremptorium uti et alios omnes exinde consequentes causæ eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate Suuolum legatione intra vel extra Regnum militari servitio ad mumimenta ad eue[...] vel aliis quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo. Adquietationem præterea vltra proximos officii præfati Castren Capitan Premysliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo nulla sque motiones appellationes ac earum prosequutiones faciendo. Et præmissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis euasionibus suspensionibus fatalibus Iuris præscriptione Terrestri bello conuentionibusque ac aliis quibusuis Iuris remediis et defensis non subterfugiendo nec alio quouis modo euadendo. Hac sua præsenti personali recognitione ad præmissa omnia mediante.

26 | Feria Sexta ante Festum Sancti Michaëlis Archangeli proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo.